

4. Bibliographie der Schriften

M. AUGUSTI HERMANNI FRANCKII, Graec.& Or.Lingg.Profess.Publ.atque Glauchensis Ecclesiae Pastoris, BREVIS ADHORTATIO AD VITAM CHRISTIANE AGENDAM, è ...

Francke, August Hermann

Halle, 1697

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

1:
8 G

M. AUGUSTI HERMANNI
FRANCKII,

Græc. & Or. Lingg. Profess. Publ.
atque Glauchensis Ecclesiæ
Pastoris,

**BREVIS AD-
HORTATIO AD
VITAM CHRISTIANE
AGENDAM,**

*è Germanico in Lati-
num conversa*

à
J. G. L.

Halæ Magdeb. Anno 1697.

FS. 1: 058 b

WILLIAM H. HARRIS

1871

WILLIAM H. HARRIS

1871

WILLIAM H. HARRIS

1871

WILLIAM H. HARRIS

1871

WILLIAM H. HARRIS

1871

WILLIAM H. HARRIS

1871

WILLIAM H. HARRIS

1871

WILLIAM H. HARRIS

1871

WILLIAM H. HARRIS

1871

WILLIAM H. HARRIS

1871



L

Non omnes re
ipsa Christiani sunt,
quibus appellationem
hanc vulgaris vocabu-
li abusus impertivit : Christianus
enim à Christo nomen habet ; Chri-
stus autem denotat unctum, scili-
cet Spiritu sancto. Si quis igitur
se Christianum esse profiteatur, pe-
rinde est, ac si dicat : Spiritu Chri-
sti unctus, atque adeò divina ipsius
virtute perfusus sum, ut ex animo
ipsi, tanquam unico Servatori meo,
adhæream, omnemque spem & fi-
duciam in ipsius ope habeam col-
locatam atque defixam, & ad ipsius
exemplum ac præceptum omnes
X 2 actio-

actiones omnesque etiam cogitationes, dum vita constabit, constanter & diligenter componere velim. At si quis aliter animatus sit, is Christiani nomine planè est indignus.

II.

Siquis vitam suam cum significatione vocis hujus contendat, ac divina gratia adspirante animadvertat, se adhuc præter meritum, omninò tanti nominis gloriam sibi vindicasse: vel si saltem dubitare incipiat, an partes ac officia veri Christiani ritè observaverit; eum, nisi æternam salutem suam in extremum periculum adducere velit, oportet, omni[m] mora abjecta, ad Deum converti, ac properam totius animi mutationem serio meditari. Ecquid enim magis horrendum, quàm divinæ gratiæ vitæque æternæ obtinendæ spem dubiam habere: nectamen ad evitandum tantum discrimen, ac certio-
fidu-

fiduciam concipiendam anxio desiderio ferri.

III.

Primum igitur sincera peccatorum agnitione opus est, nam Jer. III, 12. 13. inquit Deus: Misericors ego sum, nec æternas iras geram; veruntamen agnosce culpam tuam, quod in Dominum Deum tuum peccaveris. Oportet itaque demisso animo humillimis iisque ardentissimis precibus Deum implorare, ut retegat abditos malitiosi cordis recessus, & peccatorum magnitudinem ac sceleratam ita ob oculos ponat, ut non solum falsam de probitate sua opinionem abiciat mens, naturâ ad sese magnificiendam proclivis; sed etiam seriâ miseræ noxæque suæ conscientiam ac pudore perculsa infra teterrimorum peccatorum sortem sponte sese dejiciat. Quid enim refert,

) (3 3 alio-

aliorum malitiam sapius in exter-
nos actus erupisse, oculisque ho-
minum conspicuâ magis turpitu-
dine patuisse: cum tamen semina
certè eorundem malorum ac natu-
ralis ad delicta non leviora inclina-
tio in tuis quoque visceribus aut
fruviant, aut certè delitescant? Cer-
tè spontaneus ille tui contemptus
ac vehemens propriâ pravitatis de-
testatio, quantacunque fuerit, nec
nimia unquam erit, nec noxia,
dummodo eò flagrantiori avidita-
te ad divinam misericordiam expe-
tendam rapiaris; At contrâ, si te
quid esse putas, cum tamen nihil
sis, temetipsum in pudendum erro-
rem gravissimumque damnum
conjicies. Proinde non externa tan-
tum & crassiora scelera, v. g. scorta-
tio, execrationes, furta, vinolen-
tia aliaque, à quibus gentiles etiam
paulò moratiores abstinerunt,
agnoscenda erunt: sed fons quoque
omni-

omnium delictorum, defectus scilicet veræ fidei, pro gravissimo crimine habendus est; quo cum te adhuc miserè laborasse divinor Numine adjuvâte senseris, facilè perspicies, te omnibus actionibus tuis, stando, sedendo, ambulando, edendo, bibendo, atq; adeò in cultu etiam Deo ipsi præstito, omnibus denique dictis, factis & cogitatis sine intermissione peccasse, propterea, quod sine fide Deo placere nemo potest (Hebr. XI, 6.) & quicquid ex fide non fit, peccatum est (Rom. XIV, 23.). Si tamen ne hac quidem ratione convictus fueris, omnes actiones tuas peccati labe inquinatas fuisse: inquire porrò, annon omnia cœpta tua ad proprium emolumentum, & quidem ad fugacis hujus vitæ commoditatem direxeris, ac multo minorem de æterna immortalis animæ tuæ salute, quàm de inanibus corporis tui deliciis curam gesseris? Quod ubi

animadvertes, scito, te haud meliorem quam Gentiles, Judæos ac Turcas fuisse: Christiani enim est, sive edat, sive bibat, & quicquid tandem agat, solam Dei gloriam respicere (1. Cor. X. 31.), nec hujus ævi adamare commoda brevi peritura, sed æterna potius meditari, juxta illud Christi, (Matth. VI, 33,) *Quærite primum regnum justitiamque Dei, tunc ista omnia vobis addentur*; si quis secus fecerit, Christo iudice in Gentilium numero est ponendus (v. 23.).

IV.

Quamprimum, itaque te tam miserum, detestandumque peccatorem, divinæ gratiæ & Christi expertem fuisse, nec nisi injuria Christiani nomen tibi attribuisse agnovaris: necessario nexu inde fluet seria pœnitentia & pudor propriæ stultitiæ ac amentitiæ, (verè enim sacer codex impios stultos appellat, Ps. XIV, l. LIII, l.) ; Erubescas sane

ne te eousque vecordia processisse,
ut, animæ tuæ æternæque felicitatis
immemor præcipuam curam iis,
quæ corporis usibus apta, & post
brevem usum cum tempore vita-
que ipsâ diffluxura sunt, impende-
res: frigidâ externæ religionis af-
fectione acinani Sanctitatis spe-
cie, cui nec fidei veritas, nec divi-
næ charitatis ardor suberat, tibi a-
liisque fucum faceres: Deum Opti-
mum Maximum, qui spontaneo
quodam clementiæ suæ nisu peren-
nem cœlestis beatitudinis glori-
am tibi obtulerat, tot abominandis
flagitiis sciens læderes, tot años aut
nihil agendo, aut aliud agendo, aut
etiam male agendo perderes, tem-
pusque, summi Numinis honori
promovendo, ejusdemque jussis fa-
ciendis debitum, explendis cupidi-
tatibus tuis, & infidiosis pravi spi-
ritus illecebris affectandis turpiter
contereres. Quæ singula si recta
tecum reputaveris via, sarcire tan-

ta damna, & facta infecta reddere optabis, sed frustra: effluxit enim tempus irreparabile, ac commissa, semel facinora quantolibet studio, & qualicunque operâ tua compensari nequeunt; unde graves dolores animum incessere, intimosque sensus acerbo angore ac tristitiâ confici necesse est. Quas quantumvis vehementes commotiones ubi persentiscere cœperis: cave, putes, excutiendas delendasque statim esse istas cogitationes, ne forte morbos animi corporisque, & tandem desperationem inducant. Divina enim ista mœstitia, operatur saluberrimam animi mutationem, cujus nunquam pœnitere te poterit (2. Cor. VII, 10.). Quin potius submissas Deo admove preces, ut sancto suo spiritu totam mentem ad seriam ac sinceram pœnitentiam commoveat, ac tam acerbum sensum atrocitatis peccatorum tuorum in animo excitet. ut
im-

inposterum levissima delicta cane
pejus & angve vites, nec unquam
periculosis vitiorum illecebris in-
scatus ad pristinos mores desciscas.

V.

Ne tamen intra istos pœnitentiæ
dolorisque limites, ut Cain & Judas
proditor, consistas, sed potius an-
xio illo fractoque corde adhuc in-
ter dolores peccati metumque iræ
divinæ palpante, ad Christi appro-
pera crucem, memor svavissimæ il-
lius vocis: (Matth. XI, 28.) Adeste
huc ocyus, quotquot defatigati es-
tis ac onerati, ego quippe requiem
vobis dabo. Atque hanc requiem,
hanc refectionem experieris sane,
si submisso perculsoque spiritu o-
culos ad durissimos Jesu Christi Do-
mini nostri cruciatus & necem, e-
jusdemque sanctissima merita re-
flectes, nec prius cessabis orare, in-
stare & contendere obnixis preci-
bus, quàm certa in animo oriatur,
fiducia, quod aditus ad gratiam Dei

recuperandam apertus, plenissima
omnium noxarum remissio per
sanguinem Christi impetrata, ac
ejusdem beneficio Deus ita recon-
ciliatus sit, ut sine ulla dubitatione
ac timore liceat illum nunc Patris
instar filiali planè ac confidenti af-
fectu compellare per Spiritum san-
ctum exclamantem in corde: Abba
mi Pater (Rom. VIII. 15.).

VI.

Cæterum cave existimes, talem
fidem, si genuina sit, à temet pro-
ficisci posse, Dei quippe donum
est: qui proinde supplicibus hu-
millimisque venerandus est votis,
ut per Spiritum suum sanctum fi-
dem animo inferat, ne salus tua
inani magis persuasione, quam di-
vina πληροφασία & vera vivæ fidei
efficacitate nitatur. Quam ubi cæ-
lesti dono impetraveris, tunc de-
mum de gratuita facinorum ante-
hac perpetratorum condonatione
certus eris, internaque experien-
tia

tia discēs, vere dixisse Paulum (2. Cor. V. 17.), si quis in Christo sit, eum novam esse creaturam; vetera transiisse, nova jam facta esse, omnia. Etenim nova prorsus indole imbuet te Deus, ut longè attentiori cura salutis animæ tuæ prospicere, contemptisque fluxis & caducis mortalis hujus vitæ bonis æternitatem solam suspicere, totam vivendi rationem ita instituire incipias, ut soli Deo & semper placere, atque ejus voluntati sanctissimæ ubique respondere cupias. Non licebit tunc solita garrulitate ac incuria inutiles profunderenugas; sed quoties ad otiosos sermones fortè incauto ore abreptus fueris, gravissima molestia ex orto inde internæ tranquillitatis damno afficeris. Nec cæco amplius perturbationum impetui, nec fraudulentis pravarum cupiditatum stimulis obtemperabis, sed non sine sollicito examine quasvis actiones,

antequam easdem exequaris, ad a-
 mussim legis divinæ compones.
 Non jam vaga libidine curiosas huc
 illuc per orbem circumferes co-
 gitationes, nec inutili prospicien-
 tia in longitudinem consulere, ne-
 que ad incertos eventus meticulo-
 sa præparare consilia laborabis: sed
 permissus Deo ejusque assiduæ con-
 templationi noctu ac die intentus,
 omnia tua studia, omnem operam,
 curam, industriam, cogitationem,
 mentem denique omnem ad super-
 na, i. e. Christi, Servatoris tui sedes
 referes. Col. II, 1. Nulla jam ex va-
 nis mundi hujus deliciis ad te re-
 dundabit delectatio: infinita quip-
 pe illa, quæ ex Deo sine fine & sine
 modo emanat, intimos jam sensus
 tanta dulcedine delinivit, ut ad e-
 xilia ista gaudii simulacra jam in-
 sensibiles facti sint. Hinc perpe-
 tua sollicitudo, ne acquisita Christi
 beneficio justitia novâ culpâ amit-
 tatur: hinc fuga omnium delictor-
 um

rum, quæ olim suavissimæ divinæ
benevolentia usurâ te spoliave-
rant; eandemque denuò ademtura
essent: hinc ardens studium emen-
datæ vitæ morumque prioribus
planè dissimilium nascetur.

VII.

Enimverò hic diligens circum-
spectio atque imprimis cautio ad-
hibenda erit, ne te propriis viribus
sanctitatem vitæque emendatio-
nem comparare posse confidas: so-
li quippe Jesu Christo honor iste
debetur, qui nobis à Deo non so-
lum ad justitiam; sed etiam ad san-
ctitatem pariendam datus fuit.
Rogandum itaque est supplici cor-
de altissimum Numen, ut per fir-
mam in Jesum Dominum nostrum
fiduciam subinde magis magisque
animum impura vitiosarum cogi-
tationum ac cupiditatum lue pur-
get: nec ullo modo dubitandum,
quin idem, qui dedit, ut velles bo-
na, daturus quoque sit, ut quæ
vis,

vis, perficias (Phil. II. 13.). Quapropter eò tantum incumbas oportet, ut utaris tanta tamque parata Numinis gratia, & timore ac tremore plenus id unum credas tibi negotii dari, ne tua te incuria perdat, quem divina clementia salvum æternoque beatum esse vult. Porro Deum etiam atque etiam precare, ut fidem istam non conservet solum, sed novis subinde incrementis augeat, à cujus firmitate ad reliqua etiam Christiani officia melius exsequenda optimæ redundant vires: per fidem enim corda nostra inhabitat Christus hominemque interiorem sua virtute vegetat atque corroborat.

VIII.

Hac fide, quam Deus votis tuis lubenter annuens largo augmento subinde confirmabit, nixus incipe Jesu Christi, Domini tui, vestigiis naviter insistere: hunc tibi unum ante oculos constitue: finge
ad

ad ejus imaginem, quicquid agis,
quicquid cogitas: omni improbi-
tatis genere abstine, strenuum,
que integerrimæ innocentia studi-
um non inchoa solum, sed etiam ad
vitæ usque exitum continua. Ejus-
dem fidei virtute crucifige carnem
cum libidinib9 & cupiditatib9 suis
(Gal. V. 24.). quoties perversos effer-
vescentis sanguinis motus, atque
ad mala patranda inclinationes
oriri senties, principiis erit obstan-
dum, ne aucto diuturna mora mor-
bo, serò medicina paretur. Nec
deerunt sanè vires ad expugnan-
dam cupidinem, quæ ad volupta-
tes, ambitionem, avaritiam & si-
milis vitia exstimulare solet, cum
noris, Dei te filium, Christi fra-
trem, vitæ æternæ hæredem, uno
verbo, Christianum, i. e. Spiritu
Sancto unctum esse; unde suffici-
ens ad quævis discrimina superan-
da robur, si non accepisti, accipe-
re certè potes.

Hac fide porrò omnia tua negotia providæ Dei curæ commenda, qui tenerrimo nunc amore te complectitur, nec odio jam, nec neglectui habere unquam potest. Omnem igitur sollicitudinem, omnem timorem, angorem omnem fides ista expellat, invictâque semper uni Deo adhæreat fiduciâ, ingentibus præmiis aliquando orandâ. Interea fide eadem plenus læto alacrique animo officii tui partibus ad Dei gloriam, aliorumque hominum utilitates promovendas defungeris, ac ea etiam vitæ degendæ ratione, quam tibi constituit Deus, alimenta aliaque ad sustentandam vitam necessaria comparabis: avaritiam tamen devites, nec tuo labori quicquam, sed omnia providentiæ divinæ, operam tuam faustam esse jubentis, attribuas. Multi enim, cum summis se laboribus continuato diem noctem.

Ettemque opere fatigent, & quamlibet agendi atque excogitandi solertiam adhibeant, nihil tamen proficiunt, inque eâdem, quâ antea premebantur, inopia ac egestate permanent. Hac fide confirmatus, quicquid Deus immiserit, non æquo solum animo feras, sed in summi etiam beneficii loco habendum esse ducas: nec perturberis rebus asperis magis quàm secundis, nec animum abjicias, si in paupertatem, morbum & alia, quæ mollia Deoq; diffidentia ingenia facile de gradu dejicere possunt, incideris. Pro explorato quippe habes, à fidelissimo tuique amantissimo Patre ista omnia esse profecta, qui fata tua haud alio, quàm quem saluti tibi esse intellexerit, ordine dispensaturus est: iis quippe, qui Deum diligunt, omnia, ut Paulus ait Rom. VIII. 28, in bonum conducunt. Hac fide armatus forti animo excipias contumelias injuriasque omnes

mnēs, quibus te impiorum furor pietatis ergò proscindet atque exagitat: nec ullam tibi gratiorem exultandi, triumphandi divinamque erga te benevolentiam cognoscendi materiam exhiberi posse putes, quàm si dignus habearis, ut pro nomine Christi ignominiam subeas (Act. V. 41.). Hæc fides solo Dei favore contentum esse & ex animo verbis Psalm. LXXIII, exclamare docebit: Domine, te solum si possedero, nec cælum curabo, nec terram: & si corpus simul ac anima defetiscerentur, te tamen solatii semper peculique loco habebo.

X.

Hac fide impulsus totum te Deo jungas propriumque addicas, ita ut non tibi amplius, sed ei soli serviat vita tua, qui tui causa & mortem oppetiit, & resurrexit (2. Cor. V. 15.). Hæc fides per singula Dei præcepta constanter te deducet, atque

atque sincero Dei juxta ac cuncto-
rum hominum amore inflamma-
bit: nam ex Johannis Apostoli sen-
tentia (2. Ep. cap. II. 4.) si quis se
nosse Christum dicat, nec tamen
mandata ejus servet, re ipsa se men-
dacii coarguit, & procul abest à ve-
ritate. Hæc fides omnem, quam
antea in opibus terrenis, in gratia
hominum, in auctoritate ac poten-
tia tua ponere solebas, fiduciam
ad unum Deum transferre, odiis-
que etiam totius mundi susque de-
que habitis, unius Dei iram refor-
midare jubebit. Hæc fides imita-
tionem morum mundanorum ita
prohibebit, ut malis extrema stul-
titiæ notam inter impios ferre,
quàm vitiis ineptiisque ipsorum
vitam tuam accommodare. Hac
fide edoctus, externam religionem
ab interna sejunctam execrandam
hypocrisin potius, quàm pietatis
nomen mereri, non externos so-
lum mores, sed ipsam adeò inti-
mam

mam animi affectionem omni vicio expurgare, omniaque etiam levissimorum delictorum proposita funditus ejicere anniteris. Ejus-
tandem fidei monitu perpetuo quam in conspectu Dei & Christi vives, qui interest animis nostris, & mediis cogitationibus intervenit: undè non solum diligentia, major in evitandis peccatis, (quis enim facile sub oculis judicis sui peccet?) sed lætitia etiam incredibilis ex suavissima cum Deo conjunctione orietur. Nec est, cur ex tam sancta benè agendi consuetudine superbia consequatur: eadem enim fides, quæ bona opera producet, fastum exinde alioqui prodituum facile excludet. Nimum porrò sciendi ardorem eadem simplicitate suâ reprimet, ostensura, Christi charitatem omnibus scientiis esse anteponendam (Eph. III. 19.). Hæc fides intempestivum aliena vitia taxandi pruritum excutiet,
tuam

tuamque curam ad rimanda & a-
versanda propria potius convertet:
veruntamen, si manifestò pateant
peccata aliorum, emolliet animum
& amicà quadam miseratione ad
placidam peccantium correctio-
nem non sine fructu suscipiendam
opportunè instruet. Denique ut
multa paucis comprehendam, ve-
ræ vivæque fidei instinctu, in omni
vita, in omnibus cœptis tuis inter-
no Sancti Spiritus regimini obse-
cundabis, ejus nutus observabis,
nec quicquam nisi ejus lumine,
prælucente, aggredieris, uti filium
Dei decet: & sicubi aut dæmonis
insidiis deceptus aut carnis infir-
mitate lapsus novum crimen con-
trahas, non perseverabis in pecca-
to, nec gravitatem ejus verbis ex-
tenuare conaberis, sed ipse potius
severum tui judicem ages, ne tan-
dem longè durius irati Dei judi-
cium feras 1. Cor. XI. 31. Quin eò
cautius atque ad legem divinam

12 atten-

attentius vitam in posterum traduces, & nova indies sanctimonia incrementa capere atque à malo longius subinde recedere studebis: certissima interim fiduciaque & patientia plenissimâ fultus spe beati decessus tui, ac gloriosi summi Dei Dominique nostri Jesu Christi aspectus, & ineffabilem aternæ vitæ præmiorum, quæ immensa illius benignitas larga in te manu statò tempore effunder.



FS
058